

1705

P O L E M I C I.

1706

currit, sed additur: *Finitus est iste tractatus anno millesimo 400 primo.*

VI. fol. 137. p. 2. absque titulo Enarratio *Passionis* Dominae ducto initio a *Matth. C. 26. Et factum est, cum consummasset Ihesus sermones hos omnes &c.* Glossa. *Videlicet tempus est consummationis seculi &c.*

VII. fol. 148. p. 2. Alia similis Enarratio, quae vero orditur a *Job. C. 18. Egressus est ihesus cum discipulis suis trans torrentem cedron &c.* Postquam christus surrexisset a cena ympro dicto i. *graciarum actione transiit ad ortum &c.* Utraque haec Enarratio, si methodum spectes, satis conspirat cum ea, quam inter *Hussi Opera* vulgarunt edit. cit. T. II. p. 12.

VIII. fol. 165. *Incipiunt propositiones et articuli Reuerendissimi in christo patris Richardi primatis ybernie &c.* Exacte, ut *Codd. DXLVII.* et aliis, ad quos remitto. *Armacanus* nempe *Wiclefianis* et *Hussitis* dignissimus omnibus titulis videbatur.

IX. fol. 176. p. 2. *Sermo Richardi episcopi Archiepiscopi sancti Pauli londoniens. &c.* inepte, ut *Cod. CCCCX.* quem vide. Ad calcem hic: *Finitum est anno Domini millesimo 400 primo ante Judica in Praga et eodem anno facta est magna dissensio inter regem et dominos et regem Vngarie. Item eodem anno presbiteri in Bydowia iuueni (Neubiczow in Prov. Reginaehradec.) obtinuerunt sententias super fratres mi-*

nones de infamia Iohannis presbiteri pro tunc predicatoris in predicto loco.

X. fol. 184. p. 2. *Sermo ἀνεπιγειαφος* tractans de Praeceptis Decalogi hoc initio: *Rex nabuchodonosor vidit statuum in sompno &c.* Nabuchodonosor dicitur homo peccator, Daniel predicator, lapis avulsus christus dominus de uirgine natus &c.

CCCCXXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. 910

XV. Folior. 105. 4. currente calamo non ab una manu perscriptus, continet sequentia: I. *Sermones M. H. quos voluit proponere coram concilio.* Prior in edit. *Opp. Hussi T. I. 1715. p. 60. f. inscribitur: De Fidei suae elucidatione,* et incipit: *Quia sine fide impossibile est &c.* Alter titulum *De Pace* praefert p. 65. hoc initio: *Dominus noster ihesus christus perfectus mundi redemptor &c.*

II. fol. 18. p. 2. Quaestiones V. Theologicae disputatae, quarum 1.) *Vtrum lex ihesu christi veri dei et veri hominis per se sufficit ad regimen ecclesie militantis.* 2.) *Vtrum a primo ente intellectiuo et immutabili omnipotentis omniscienti dependeat optima dispositio vniuersi.* 3.) *Vtrum deus, qui est principium et finis omnium producens res ad extra immutabiliter, regat mundum optime. et ad actum malum non concurrere permittat beniuole fore malum.* 4.) *Vtrum omne testimonium fidei christiane*

1707

C O D I C E S

1708

christiane sit verum et credibile menti sane. 5.) *Vtrum Summum bonum immutabile sit creator. et conseruator singulorum encium vniuersi.* Nomen Autoris minio praescriptum per Κακοζήλον quendam, ut alias, extritum est; ego in *Huffum* propendeo.

III. fol. 57. p. 2. *Posicio de vniuersalibus Magistri Stanislai.* Incipit: *Quia nonnulli modernorum contra res uere communes et vniuersales adeo sunt inflammati &c.* Ad calcem: *Tractatulus de vniuersalibus magistri Stanislai de Znoyma. compilatus ab eodem Anno domini M^o. CCCC^o. 8. in studio pragensi.* Sed adhaeret discussio sequentis Quaesiti: *Vtrum vniuersalia habeant solum nude pure esse in intellectu, uel preter operationem intellectus creati subsistant in propria forma.*

IV. fol. 70. *Istud est capitulum tertium Libri de trinitate beati Theodorii episcopi contra Sabellium qui dicit tantum unam esse personam in diuinis sicut et naturam.* Initium: *Quid est natura et substantia, et quid est de (redundat?) subsistentia atque persona. Natura et substantia in nullo significationum (significatorum?) differunt nisi nomine. Natura enim substantia est, subsistentia et persona in nullo significatorum differunt, nisi nomine. Subsistentia enim persona est &c.* Finis: *Inuenitur enim ab eis, qui non temptant eam, et apparet non discredentibus sibi. Tam sententia quam phrasae Capituli huius Theodorum Abucara vel Carae in*

Palaeestina, vel Carrarum in Mesopotamia Episcopum *Jobannis Damasc.* discipulum Sec. VIII. Scriptorem loquuntur, de quo erudite disquirunt *Fabricius Bibl. gr. Vol. IX. p. 176.* et *Basnagius* in edit. *LeEt. ant. Canisti T. II. P. 2. p. 464.* Non legitur illud inter Opuscula *Theodori XLII.* a *Jac. Gretsero* primum *Ingolst. 1606.* edita, neque *Tractatu illo περὶ ἐνώσεως καὶ σαρκώσεως* comprehenditur, quem *Parisiis 1685. 8.* publici juris factum *Basnagius l. cit. p. 474.* repraesentavit. Itaque ἀνεκδοτόν est, textu graeco primitivo dudum perditio, aut hodieum delitescente.

V. fol. 73. *Collectanea Theologica in Alphabetum redacta, quibus alia e PP. et Jure Can. absque ordine lecta succedunt.*

Codici praetexta est Membrana mutila, qua *Wenceslaus Patriarcha Antiochenus et Boemiae Regis Cancellarius* vi potestatis sibi a *Bonifacio IX.* anno ejus nono (1398.) factae *Wenceslao* cuidam Regimen cujusdam ecclesiae confert. Plura colligi inde nequeunt.

CCCCXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 895 XV. Folior. 299. f. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus continet Partem potissimum vasti Operis *Jobannis Hussi*, ut plura suadere videntur, licet *Cod. DLII.* nomen *Matthiae Parisiensis* praefixum sit, dicti de *Regu-*